

GREGORIUS PALLADIO EPISCOPO SANTONIS GALLIAE.

Veniens lator praesentium Leuparicus^a presbyter vester insinuavit nobis fraternitatem vestram^b ecclesiam in honorem beati Petri et Pauli apostolorum nec non Laurentii atque Pancratii^c martyrum construxisse atque illic tredecim altaria collocasse, ex quibus quattuor neicum dedicata comperimus remansisse ob hoc, quod suprascriptorum sanctorum reliquias illic collocare Deo annuente disponitis. Et quia reliquias sanctorum Petri et Pauli nec non Laurentii atque Pancratii martyrum cum veneratione^d praebuimus, hortamur, ut eas cum reverentia suscipere et collocare auxiliante Domino debeatis provisuri ante omnia, ut servientibus ibidem non debeat alimoniorum deesse suffragia¹.

VI, 49.

Gregorius I. papa Theoderico et Theudeberto fratribus, regibus Francorum, a paribus commendat Augustinum, servum Dei, praesentium latorem, cum aliis servis Dei ad Anglos iam ad fidem christianam propensos, sed a sacerdotibus „e vicino“ neglectos missum, cui iniunxerit, ut aliquos secum e vicino debeat presbyteros ducere. Item commendat Candidum, presbyterum et rectorem ecclesiae Romanae patrimonii.

596, Iul.

*Codd. R et r: Indictio XII. XIII. XIV. cap. 149 (Ind. XIII. cap. 49).**Edd. M: Lib. VI. ep. 58; G: Lib. V. ep. 58. — Iaffé Reg. 1432 (1072).*GREGORIUS THEODERICO ET THEUDEBERTO FRATRIBUS, REGIBUS
FRANCORUM, A PARIBUS.

Postquam Deus omnipotens regnum vestrum fidei rectitudine decoravit et integritate christiana religionis inter gentes alias fecit esse conspicuum, magnam de vobis materiam presumendi concepimus^a, quod subiectos vestros ad eam converti fidem per omnia cupiatis, in qua eorum nempe estis reges et domini¹. Atque ideo pervenit ad nos Anglorum gentem ad fidem christianam Deo miserante desideranter velle converti, sed sacerdotes e vicino² neglegere et desideria eorum cessare sua adhortatione succendere. Ob hoc igitur Augustinum servum Dei³ praesentium portitorem, cuius

VI, 48 in titulo: Pauliado ep̄os Antonis Gall R 1 — Gall r 1. 2 — R 1 erasit: ubi plura altaria dedicatur. a) Leo patricius R 1. b) a fraternitate vrā R 1. c) Pacratii R 1. d) ex cum bene ratione corr. cum bona ratione R 1.

VI, 49 in titulo: Thederico et Thediberto r 1; r 2: Theoderio, quod in Theoderico corrigitur; Theudeberto R 1 et r 2; sed r 2 corrigit in Theudeberto — fr̄s (pro fratribus) R 1 — fratribus et a paribus om. R 1. a) concipimus R 1.*

VI, 48 una cum ep. VI, 55 translata. Cf. Ewaldum in N. A. III p. 602 s. — Santones (Mediolanum Santonum), hodie Saintes, in Aquitania; cf. Gall. Christian. II, p. 1058 s. Palladius episcopus ex genere quondam divitis Palladii (glor. conf. c. 59) complures construxit basilicas atque a Gregorio Turonensi saepe commemoratur; subscrispsit actis synodorum Parisin. IV. a. 573 atque Matiscon. II. a. 585. 1) Similia verba in f. Diurni 22.

VI, 49 una cum sequentibus epistulis (VI, 49—54. 56. 57) translata. — Childeberto (cf. ep. V, 60 not.) mortuo filii eius, Theudericus in Burgundia sedem habens Aurelianis et Theudebertus in Austrasia sedem habens Mettensem successerunt, pro quibus adhuc parvulis Brunichilda avia regnabat. Hic a. 612, ille a. 613 mortuus est. — Isdem regibus directae sunt ep. IX, 215. 226; Theuderico soli ep. XI, 47. XIII, 9; Theudeberto soli ep. XI, 50. 1) Cf. ep. VI, 6 n. 1. 2) Scil. sacerdotes in Hibernia insula habitantes. 3) Ab iis, qui Gregorii vitam scripserunt, narratur Gregorium ipsum, antequam pontifex factus esset, in Angliam proficiisci voluisse; historiola illa de Anglis vel angelis traditur et in vita Gregorii Sangallensi

zulum et studium bene nobis est cognitum, cum aliis servis Dei illuc^b praevidimus dirigendum. Quibus etiam iniunximus, ut aliquos secum e vicino debeat presbyteros ducere^c, cum quibus eorum possint mentes agnoscere et voluntates^e ammonitione sua, quantum Deus donaverit, adiuvare. In qua re ut efficaces valeant atque idonei apparere, excellentiam vestram salutantes paterna caritate quae sumus^d, ut hi quos direximus favoris vestri invenire gratiam mereantur. Et quia animarum causa est, vestra eos potestas tueatur et adiuvet, ut Deus omnipotens, qui vos in causa sua devota mente et toto studio solaciari cognoscit, causas vestras sua propitiatione^e disponat et post terrenam potestatem ad caelestia vos regna perducat.

Praeterea dilectissimum filium nostrum Candidum presbyterum et patrimoniolum ecclesiae nostrae⁵ quod in illis est partibus constitutum, ut commendatum excellentia vestra habere debeat, postulamus, quatenus beatus Petrus apostolorum princeps sua vobis intercessione respondeat, qui mercedis intuitu tuitionem in rebus pauperum eius impenditis.

VI, 50.

Gregorius I. papa Pelagio de Turnis et Sereno Massiliensi (nec non Aetherio Lugdunensi) episcopis a paribus Augustinum, servum Dei, latorem praesentium aliosque servos Dei et Candidum presbyterum, rectorem patrimonioli ecclesiae Romanae, commendat.

596, Jul. 23.

Codd. R et r: *Indictio XII. XIII. XIV. cap. 150 (Ind. XIII. cap. 50).* — (Cf. Beda, h. e. I, 24.)
Edd. M: *Lib. VI. ep. 52; G: Lib. V. ep. 52.* (Cf. Bedae h. e., ed. Holder ex codice Cantabrigiensi [Freiburg.] I, 24.) — *Iaffé Reg. 1435 (1065).*

b) illic r 1. c) voluntantes r 2 et eorum in marg. add. r 2. d) q̄s codd.

antiquissima partim ab Ewaldo edita et in vita a Paulo (c. 17 s.) et in vita a Iohanne diacono conscripta (I c. 21 ss.). Ep. VI, 10 noster Candido praecepit, ut pueros Anglos in Gallia emeret qui in Dei servitio proficiant. Augustinum, ut ex ep. VI, 50^a appetat, primum praepositum, tunc abbatem, postea episcopum, cum aliis domus suae monasterii monachis in Britanniam evangelizandi gratia destinavit (Ioh. diac. II, 33). Qui cum . . . memoratum opus aggredi coepissent iamque aliquantulum itineris confecissent, perculti timore inerti redire domum . . . cogitabant . . . et Augustinum domum remittunt, ut permissionem papae impetraret (Bedae h. eccl. I. c. 23). Sed Augustinus cum his epistulis, quae existant, remissus est. De missione Anglicana cf. praeter epist. sequentes ep. VIII, 29. XI, 34—41. 45. 47. 48. 50. 51. 56; Bedae, h. eccl., I c. 23 ss.; Pauli diac. v. Greg. c. 21; Ioh. diac. v. Greg. II, 33 ss. Adde Lau, l. l. p. 212—229. Baxmann, *Politik der Paepste*, I, 122—129.

4) Bed., h. eccl. I, 25: acceperunt autem, praecipiente b. papa Gregorio, de gente Francorum interpretes. 5) De Candido, rectore patrimonii Galliae, cf. ep. V, 31 p. 311 n. 3; VI, 10 not. Nota neque in ep. VI, 48 neque in ep. VI, 55, (per Leuparicum missis) sed praeter eas in omnibus epistulis tunc episcopis vel regibus in Galliam missis Candidum commendari.

VI, 50 Cf. ep. praecedentem. — Hanc epistulam Aetherio episcopo inscriptam Beda in hist. eccl. I, 24 inseruit; verisimile ergo est eandem epistulam a paribus cum Turonensi et Massiliensi tum Lugdunensi episcopo missam, sed negligentia librarii huius nomen in collectione Hadriana omissum esse. Beda vel is, ex quo hausit, titulo ep. VI, 51, quae in registrum post hanc epistulam inserta erat, ut videtur, in errorem inductus falso credit Aetherium archiepiscopum Arelatensem fuisse. De Aetherio episcopo Lugdunensi cf. ep. IX, 218. XI, 40. XIII, 8 et de Vergilio, tunc episcopo Arelat., ep. sequentem (VI, 51). Equidem non crediderim, quod Ewald in N. A. III, p. 543, profert, librarium Romae in epistula genuina Augustino tradita errore ductum scripsisse Aeth. Arelatensi eaque ex causa Augustinum hanc epistulam neque Aetherio neque Vergilio tradere potuisse atque secum in Angliam deportasse. — Pelagius in Turonensi civitate Gre-